



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1719. usque ad annum 1720

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 13322648**

§. 41. Summi Pontificis lætitia ob prosperum Legati Apostolici discessum  
ex Lusitania.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67659](#)

Sæc. XVII. boni nominis commendatione notos,  
A.C. 1720. los tamen mandatos esse. Denique et  
ipfis hisce duobus Missionariis sciscie-  
bantur, cuius ætatis, Religionis, &  
studii essent, & an artem quamdam  
qua Imperatori deservire possent,  
olerent, & utrum munera secum  
Imperatore deferrent, aut forte  
Pedrinio & Ripa literas haberent,  
pecunias Papa eis in viaticum dedil-  
& an Peckini, vel Cantone morari ve-  
lent? His quæsitis Missionarii ad Man-  
darini Chao Cham vota plene satisfecere,  
eorumque responsa tabulis sunt infra.

## XLI.

*Summi Pontificis lætitia ob pro-  
rum Legati Apostolici discessum  
ex Lusitania.*

*Orat. Con-  
sist. fol. 174.*

Interim Clemens Papa ex Lusitanis  
teris intellexerat, Mediobarbum Pr-  
triarcham Alexandrinum, ac Vicer-  
torem Apostolicum a Lusitano Re-  
singularibus omnino honorum signifi-  
cationibus Ulyssipone fuisse exceptum  
secundisque velis inde ad Sinense In-  
perium cum suis provolasse. Ea re  
Pontificis animum tam grato affecto  
gaudio, ut in secreto Purpuratoru-  
Senatu die sexta Maij prospera hujus  
itineris auspicia Cardinalibus solemni-

ritu denuntianda censeret, eos his ver- Sæc. XVIII.  
bis allocutus: A. C. 1720.

„Dudum Vobis ex hoc loco signifi-  
„cavimus, quibus rationum momentis  
„adducti Visitatorem Apostolicum ad  
„Sinas, aliaque Indiarum Orientalium  
„Regna destinaverimss, quibus itidem  
„facultatibus ac Mandatis instructum  
„ad ejusmodi Provinciam Venerabilem  
„Fratrem Carolum Ambrosium Patriar-  
„cham Alexandrinum elegerimus: quid  
„demum Nobis consilii fuerit, cum il-  
„lum per Lusitaniam iter tenere, atque  
„inde ad Sinas solvere decrevimus.  
„Hodie miserentis Dei ope saluberrimo  
„huic operi obsecundante prospera ar-  
„duæ hujus expeditionis auspicia vobis  
„ex eodem loco renuntiamus. Eximia  
„enim charissimi in Christo Filii nostri  
„Joannis Portugaliæ & Algarbiorum  
„Regis illustris pietas, ejusque in hanc  
„sanctam Sedem reverentiæ, necnon  
„dilatandæ rei Christianæ studium Re-  
„gio animo dignissimum, spes nostras  
„de conciliando susceptis consiliis Regali  
„patrocinio ratas fecit, prædictum sci-  
„licet Patriarcham præcipuis honoris  
„testimoniis prosecutus, amantissime ex-  
„cepit, liberaliter tractavit, honorifi-  
„centissime dimisit: ac non modo illum,  
„ejusque sacræ militiæ socios pecunia  
„& comeatu instruxit, nauli impensas

Rr 3

ex

Sæc. XVIII. „ex Regio suo ærario erogandas man.  
 A. C. 1720. „davit, neque ulla benevolentia pa-  
 „tes sibi reliquas fecit, verum etiam  
 „inuncto ei a Nobis muneri utilius,  
 „ac felicius obeundo, quod potius non  
 „optabamus, Regiæ suæ auctoritatipræ-  
 „fidium amplissime pollicitus fuit. Præ-  
 „terea Patriarcham ipsum graviter  
 „sapienter per hæc rerum curandum  
 „initia se gesisse, ac nostra apud Lub-  
 „tanam Aulam Mandata prudenter  
 „deliter ac feliciter implevisse gavilu-  
 „mus. Æquum idcirco censimus,  
 „læta hæc ad animarum salutem, di-  
 „vinaque Nominis gloriam amplifican-  
 „dam primordia, tametsi fama ipsa præ-  
 „nuntiante unicuique veltrum ea jan-  
 „innotuisse non dubitemus, vobis tamen  
 „in hoc Consistoriali Aula congregatis  
 „honorificentius communicare, ut in  
 „animos vestros communi Nobiscum  
 „sollitudine de tam ancipitis, sed te-  
 „men salutaris, ac necessariæ expedi-  
 „tionis successu suspensos lætificemur,  
 „simulque ad preces Divinæ bonitati  
 „alacrius fundendas excitemus, ut quod  
 „cœpit opus Clementissimus Dominus  
 „ipse perficiat, cumque illa ipsa die  
 „qua anniversaria Dominicæ Incarna-  
 „tionis memoria recolitur, nempe vigi-  
 „sima quinta Mensis Martii, novum  
 „hoc Evangelicorum præconum agmen

„una-

„unacum suo Duce ex Ulyssiponensi litore Sæc. XVIII.  
 „solverit, tanti Misterii fidem, ac fru A.C. 1720.  
 „Etum inferat gentibus ambulantibus  
 „in tenebris, & auspicatissimo Beatissimæ Virginis Nomine vera salus ægris  
 „ac perditis populis annuntietur.,,

Jam ante triennium in Sinis divulgabatur quidam libellus sub titulo. *Disquisitio quarundam obtrectationum Jesuitas calumniandi, & Missiones evertendi Studio a malevolis disseminatarum ad Sinenses Missionarios directa*, quoniam vero ibidem non modo prohibiti ritus, sed etiam inobedientia contra Pontificis decreta vindicarentur, eapropter hic libellus Anno 1718. per singulare decretum a Peckinensi Episcopo fuit prohibitus, & hoc anno die vigesima quarta Januarii ab Inquisitione ad rogum damnatus.

### §. XLII.

*Alberonius Cardinalis ex Hispaniarum Hist. Univ.  
 Regno exulare jussus.*

t. 8. p. 667.  
 Gottfrid.

Interim Hispani infausto Marte in Italia pugnabant; jam enim anno præterito eorum classis, quæ Jacobum III. folio Anglico reddere parabat, ad Angliæ littora provolans, ventorum impetu captis ferme omnibus Hispanis dissipata est, alia a Bingio Archithalasso Anglico

cont. Hist. Chron. l. 16.  
 pag. 779.

Vita Alberon. Card.

part. 4. p. 5.

Hæberlin Hist. Polit.

Sæc. XVII.

Rr 4

An. 1720.